


Dominus vobiscum. **R.** Et cum spí-ritu tu-o. **V.** Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. **R.** Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir
nómine Zachæ-us: et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives: et
quærébat vidére Jesum, quis esset: et non póterat præ turba, qui-a
statúra pusíllus e-rat. Et præcúrrens ascéndit in árborem sycómorum, ut
vidéret e-um; qui-a inde erat transitú-rus. Et cum venísset ad locum,
suspí-ci-ens Jesus vidit illum, et dixit ad e-um: Zachæ-e, festínans descén-
de; qui-a hódie in domo tu-a opórtet me mané-re. Et festínans descén-
dit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant di-



céntes, quod ad hóminem peccatórem divertísset. Stans autem Zachæ-us,




dixit ad Dóminum: Ecce, dimídi-um bonórum me-órum, Dómine, do pau-



péribus: et si quid á-liquem defraudávi, reddo quádruplum. A-it Jesus ad



e-um: Qui-a hódie salus dómu-i hu-ic facta est: e-o quod et ipse fí-li-us



sit Abrahæ. Venit enim fí-li-us hóminis quærere, et salvum fácere,



quod perí-erat.